NICOLAUS DE DINKELSBÜHL
Salzburg (?), 2. Drittel 15. Jh.
Seite 29v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8260
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



De forma Baptizandi

ita negligent agere et graviter peccare cum
tam dignam rem et salutarem tractat
tam inadvertent. Secundo modo contingit
illa mutacio forme inqualitate exigno-
rancia aut impotencia loquendi aut
in exadvertencia et illo modo quod sit tal
et tanta mutacio et corrupcio quod
ecclesia mutatur significacio ut ubi gracia dicere
debet pater dic patria. Tunc vel est tanta
corrupcio quod non solum mutatur signi-
ficacio quantum ad propriam nominis impo-
sicionem sed etiam quantum ad usus accomo-
dacionem. Puta quod ad hunc quantum non
potest intelligi quid intendat ille qui
loquitur tunc non est verus Baptismus
vel si mutetur significacio quantum ad nominis
imposicionem. Caveat tamen quod ad usus
accomodacionem puta quod ad hunc quantum
bene intelligitur quid intendat iste
qui loquitur sicut multociens audimus
aliquos illatratos in congrue et cor-
rupte loqui. Et tamen concipimus quid
volunt etiam quantum ad singula verba. Et
in illo casu est verus Baptismus quod
patet per canonem retulerunt de consecra-
cione distinccionis. Quarta ubi dicitur de quodam
sacerdote qui cum esset grecus et in latina
ecclesia Baptizaret voluit se eidem
ecclesie conformare quo ad ydeoma et
Baptizavit dicens In nomine patria
et filia et spiritu sancta. Et papa super
hoc requisitus respondit quod si fecit
hoc ex impericia ligwe latine non inten-
dens errorem inducere non sunt Bap-
tizandi denuo quos Baptizavit. Quinto
contingit in verbis forme fieri muta-
cionem quo ad ubi sive ad instar mu-
tacionis localis. Et hoc potest fieri dupliciter.
Primo ex certa malicia ut cum Bapti-
zans transponit aliud in forma tendens
illud transpositum esse. Veram formam
et precisam et volens per hoc inducere
novum ritum et tunc non intendit uti
forma qua ecclesia utitur. Et ideo non

Baptizat. Secundo modo contingit huiusmodi trans-
posicionem ex simplicitate aut lapsu lig-
we etc. Et hoc fit dupliciter. Uno modo
sic quod huiusmodi transpositio totaliter mu-
tat sensum orationis. Puta si dicat Ego
patris Baptizo et filii in nomine s. s.
vel aliquo tali modo. Et tunc non est
Baptismus. Eo quod talis transposicio
totaliter mutat sensum orationis. Eo quod
talis transposicio auffert contentum
orationis secundum quod est instituta. Secundo
modo fit sic quod extransposicionem non
mutatur sentencia orationis tunc est verus
Baptismus ut si dicat quis Ego te
Baptizo in patre et filii et spiritus sancti nomine.
Cum enim illud sit sine dogmatisacione er-
roris non impedit sacramentum. Et racio
est quia in ipsis verbis intelligitur ordo
personarum scilicet quod filius a patre procedit
etc. Et dicit Scotus quod licet esset
congruum in proferendo nomina personarum
servare ordinem que est in origine eorum
quod licet hoc fit necessarium quo ad ministrum non
tamen videtur omnino necessarium quo ad sacramentum
et persone quocumque ordine nominentur
sunt unum efficiens in Baptismo
principale. Secundo contingit fieri
mutacionem forme per interposicionem
ut si sacerdos in mergendo diceret
Ego te Baptizo ista aqua est ni-
mis frigida. In nomine patris et filii
et spiritus sancti. Hoc potest fieri dupliciter
quia aut fit ita longa interposicio
quod secundum communem intelligenciam esset
discontinuata locucio et quod humano
modo indicatur quod accio Baptismalis
sit penitus ad discontinuata locucio
ut cum mora et interposicio tanta est
quod discontinuat intencionem. Tunc
forma verborum debet reincipi alias non esset
verus Baptismus. Si autem interveniat
parvula monula per interposicionem alicuius
brevis sermonis vel perstitucionem. Et erit
verus Baptismus. Et non oportet formam reincipere